

quarum substantia & propria significatione resultat, & possessionem, & praescriptionem juri patronatus Regum contrariam exclusam esse omnino. Pro qua facit primo.

13 Quoniam ad hoc ut possit cursari praescriptio juris patronatus, duo requiruntur adesse copulativè, alterum patientia & scientia illius, contra quem praescriptio inducitur; secundum, quod praescribens hæc possideat, & provideat intentione, & animo liberandi Ecclesiam à jure patronatus, de scientia, & patientia patronorum, probatur text. arg. in l. 2. de servitutibus & aqua, ubi docent omnes, praesertim Padilla Calder. conf. 12. in fin. de jur. patr. Decius conf. 6. n. 36. lib. 2. Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina num. 64. de causa poss. & propr. Alexan. conf. 16. nu. 13. lib. 5. Felin. in c. de quarta n. 41. de praescrip. Caputaq. decif. 4. 8. part. 2. Joan. Lup. de Pala. Rup. in c. per. vestras 2. nota. n. 3. de donation. inter vir. & uxor. latè Covar. in regul. possessor. 2. p. in princ. n. 8. per totum. Ferret. conf. 56. n. 6. Rot. decif. 167. n. 2. & 5. & decif. 14. n. 2. & decif. 803. n. 7. p. 1. divers. & dec. 4. n. 2. p. 2. divers. Lambert. de jur. patron. lib. 2. p. 1. q. 3. ar. 1. n. 3.

14 Et de intentione praescribentium libertatem Ecclesiae erga jus patron. glos. verb. vocem. vers. hoc enim non sufficit. in d. cum Eccl. Sutrina de caus. poss. & propr. Calder. consil. de caus. poss. & in consil. de jur. patr. Lamb. tit. de jur. patr. lib. 2. p. 1. d. q. 3. art. 10. n. 6. & 7. Rip. in d. cap. cum Eccl. supr. n. 49. cum seqq. Menoch. de res. poss. rem. 5. n. 18. vers. secundum, & rem. 6. n. 2. 31. de utroque, tam de intentione praescribentis, quam de scientia, & patientia eorum quibus praedictatur, est decif. Rotæ 109. p. 2. divers. & facit circa intentionem praescribentis libertatem optimis text. in l. fin. ff. de utroque. servitutes amittant. text. etiam in l. fin. ff. de itinere actuque pri. qui loquuntur de intentione praescribentis, at de scientia & patientia contra quem praescribitur, respondit Pompon. in l. quoties la. 1. §. ult. & Javolin. in l. quoties la. 1. ff. de serv. l. si à te emero ff. si servitus vindicet.

15 Et ratio hujus conclusionis ea est, quoniam ad hoc ut praescribatur jus aliquod incorporale, requiritur quasi possessio ipsius juris, cum absque ea nulla praescriptio procedere potest, l. sine possessione, ff. de usucap. c. sine possessione de regul. jur. l. 6. & hæc quasi possessio haberi non potest in his juribus, nisi mediante scientia & patientia adversarii, l. penult. ff. de servit. si ergo ignoratur, non procederet praescriptio quasi possessione deficiente ex dictis juribus, & est author Bart. in l. 2. col. 2. n. 8. vers. tu dicas C. de serv. & aqua. idem B. in l. 1. §. hoc interdito. n. 10. ff. de rei. actuque priva. & in l. 1. §. ult. nu. 4. vers. item quod sic. usus, ff. de aqua plu. arcan. eandem rationem sequuti fuere Ab. in c. de quarta col. ult. n. 29. & Felin. ibid. post n. 41. vers. dum subit. Ab. de praescrip. Ill. in l. imperium col. 9. n. 21. vers. circa precedentem materiam, ff. de jurisd. omn. jud. Rip. in d. cum Eccl. Surri. col. 14. nu. 64. vers. secundo ergo requiritur scientia de causa poss. & propriet. Bald. in tract. de praescrip. 2. p. 4. p. princ. in 1. q. n. 12. vers. & ratio Mascard. de probat. conf. 1215. num. 40. quod etiam obtinet in regul. de triennali possessione, nam beneficii possessor, qui se illa vult juvare, tenetur verificare adversarium, contra quem praescribitur, scientiam, & patientiam habuisse, aliàs autem non obtinebit. Ita tradit Gomez in d. regul. de triennali q. 49. in fin. vers. tamen advertendum: ubi testatur sic fuisse in Rota decisum, itaque stylum in pluribus aliis causis se habere servatum.

17 Sed istorum neutrum requisitum dare possumus in hujusmodi juris Regii patronatus praescriptione, non scientia & patientia respectu Sacrae, & Catholicae majestatis consentientis, ut in aliquo Regum jus patronatus læderetur, cum similes Bullæ contra patronatus, & rescripta etiam cum expressa derogatione in Hispania non admittantur, sed retinentur, ne partes eis utantur,

dn ec Romanus Pontifex melius consultus & informatus aliud censet juxta l. 5. tit. 6. l. 1. recop. Covar. in pract. quæst. c. 36. n. 3. vers. olim. in quo difficillima erit scientia probatio, prout requiritur, ut inferius parebit.

Nec obstat quod in praescriptionibus contra principem scientia officialium sufficiat, ad praedictandum illi, secundum B. in l. si publicamus §. fin. 2. ff. de publica. Aymon. de antiquit. temp. 4. p. §. absolutus a n. 23. Bald. de praescrip. 2. p. 5. p. q. 3. sub n. 8. Tiraquell. in nobil. c. 14. n. 3. Covar. in regul. possessor. 2. p. in initio n. 8. vers. 3. circa fin. Nicol. Garc. de benef. p. c. 6. n. 136. Rot. in una Reatin. beneficii decif. 163. & decif. 600. nu. 5. p. 1. divers. & iterum tenuisse Rotam in una Mediolan. praeminentiarum 15. Decemb. 1589. coram eodem, ut patet in Garc. ubi proximè, & ex Alexan. Decio, & aliis tenet Cardinal. Tusc. pract. conclus. litera C. concl. 196. n. 39. Joan. Narbon. tractat. de appell. vicarii ad consil. Archiepisc. Tolet. 2. p. fundam. 5. n. 10.

Quia responderetur multis modis, primò, quod huic opinioni non auferem simpliciter acquiescere; cum plures teneant contrariam, veram judicantes, quos videntes recenset Aymon. ubi proximè Joan. Lup. in cap. per vestras 2. nota. §. 1. nu. 39. post Salicetum in l. vestigalia C. nova vidual. in fin. non posse. Alexan. conf. 84. col. 2. nu. 5. lib. 1. Anton. Capic. decif. 57. Marta in compilatione totius juris controvers. ex omni decif. 3. tom. tit. de poss. cap. 14. quas opiniones ad concordiam reducere conatur ex Balbo Villalobus in arario commun. opin. 20. litera S. nu. 8. & 10. ut scilicet in praescriptione immemoriali sufficiat scientia officialium, in alia verò praescriptione praecedat hæc secunda opinio, & videtur esse de mente Covarr. ubi supra, & cum in nostro casu non adest immemorialis, nec potest, ut latius infra patebit; non procedit contrarium; vide omnino pro concordia quæ latè Mier. de majoratu 4. p. tap. 20. à n. 258. cum seqq. in nova impressione fol. 229.

Secundò etiam qualibet opinione retenta, ut procedat in illis casibus, & actibus, quorum administratio officialibus est commissa, ejusque ratione possunt reclamare, & contradicere, ut in praetoribus, magistratibus, & aliis iudicibus, & in iis terminis loquuntur Doctores superius citati pro utraque opinione; at nos sumus in casu, cujus administratio, nec cognitio ad alium quam ad ipsum Regem spectat, ut inferius apparebit, & ideo eorum officialium scientia, aut patientia, quibus non spectat administratio, nec possunt remedium adhibere, minimè poterit Principi nocere, quod hallucinare videtur Covarr. loco supra citato.

Et ex hoc ratione rectissime procedit doctrina Cavendi in tract. de patronatu Regia Corona, chap. 28. num. 5. quem sequitur Nicol. Gracia de benef. 10. p. cap. 2. sub num. 34. ad fin. quod in jure patronatus regio scientia officialium non nocet Regi.

Respectu autem suæ Sanctitatis nec hæc intentio praescribendi & derogandi juri patronatus regio, potest induci extantibus verbis dictarum Bullarum, & præcipuè Adriani VI. supra relatæ, quæ cum contineant fortissimas illas clausulas derogatorias in contrarium faciendorum, inducunt protestationem defectus voluntatis in dispositionibus sequentibus, ut per B. & alios in l. si quis principio ff. de lega. 3. num. 3. cum. seqq. tenet Rot. decif. 137. num. & per totam p. 2. divers. & decif. 404. num. 4. & per totam p. 1. divers. Paris. consil. 41. num. 26. lib. 4. Roman. consil. 426. incipit quod in adultum. sub n. 9. vers. & ego istud. & faciunt adducta per Gasp. de Perul. in tract. de reservat. c. 2. n. 5. in fin. & decif. 34. n. 4. 25 p. 2. divers. nam clausula derogatoria procedens operatur defectum voluntatis, & intentionis in dispositionibus futuris ei contrariis; ultra citatos probant etiam eleganter Gonzad. conf. 9. incipit in hac causa n. 62. & 63. Cassador. decif. 38. n. 8. super regulis. Put. decif. 308. n. 4. lib. 3. maxime quia in principibus, ea quæ sunt

sunt facti, ignorare praesumuntur, c. 1. consil. lib. 6. & generaliter praesumitur ignorantia, ubi scientia non probatur, c. praesumitur, de regul. jur. l. 6.

27 Quod & ex eo entrobatur, etenim provisiones Apostolicae non mutant statum beneficii juris patronatus, nec patronis nocent docentibus de suo jure patronatus, ut pluries tenuit Rot. Rom. teste Achil. de Grac. dec. 3. de patr. Caputaq. dec. 289. p. 3. Cassiad. dec. 6. nu. 5. de jure patr. Veral. dec. 223. l. 3. & iterum tenuit Rota in una Achil. jur. patron. 9. Junii 1600. coram Seraphino, ut patet in ejus dec. 1567. & in una Esculana prioratus 1. Julii 1587. coram eodem, ut patet in dec. 799. Ricc. in pract. juris patronatus dec. 204. à n. 241. ubi testatur; sic etiam secundum hanc doctrinam multoties esse judicatum per Curiam Archiep. Neapol.

28 Quod & à fortiori procedit in provisionibus ordinarij, ut nec noceant, Ricc. ibi n. 243. Cassiad. dec. 7. n. 2. 29 de jur. patr. Maurat. dec. 112. casu 20. quoniam mutatio status in beneficiis in dubio non praesumitur, Lanfr. dec. 13. Fastol. dec. 16. & hinc fit quod jus patronatus non admittitur per non usum. Put. dec. 379. & in dec. 392. p. 3. Rot. divers. in dec. 109. p. 2. & in dec. 254. 31 n. 2. patr. 3. lib. 3. Ricc. d. dec. 204. n. 242. Quod non procederet, si concurreret scientia, & voluntas ipsius Papæ, quoniam tunc ejus provisiones mutant statum, & praedictant, ut tenuit Rot. in una Ostanens. capellæ 27. Novemb. 1598. coram Seraphino, ut patet in ejus dec. 131. Ricc. ibi n. 244. in fin.

32 Et cum in utroque Principe detur defectus intentionis & scientia beneficii esse juris patronatus Regii, nec de eo in supplicationibus fit summi Pontificis mentio, illud Papa providet ex capite amplissimæ potestatis & dispositionis quam in beneficiis habet cum accidit vacatio, c. 2. in princ. de praeben. 6. c. proposuit. ibi, quia secundum plenitudinem potestatis, de concessionem praeben. Cle. 1. in fi. ut lite pend. probant l. 1. in fin. tit. 16. p. 1. & ibi Greg. verbi à quien quisere, & solus Papa naturaliter est Dominus beneficiorum, Flam. Paris. de resign. benef. l. 2. q. 4. num. 34. Cujus potestas nullis regulis aut legibus coarctari dicit Gramat. conf. 2. n. 23. ad fi. suarum decifionum, & sic illo animo & jure, ex illaque causa possidet, quia talis est possessio, qualis demonstrat titulus praecedens, l. si à te ff. de servitutib. l. unica C. de imponendis lucrat. descript. gl. celebris in l. quaedam mulier verb. in vers. sufficiebat, ff. de rei vindic. notant ibi ut elegantem Angel. n. 4. vers. sequitur in gl. tbi etiam B. & Bal. per Archidiaconum in c. si quis deinceps in fi. 16. q. 7. B. in l. Celsus, col. penult. n. 16. ff. de usucapio. Bald. conf. 10. in q. qua vertetur, col. 2. sub num. 7. col. 5. per Bat. in l. 2. §. si sub conditione in fi. ff. de usuc. pro tempore, idem Bald. in authen. quas actiones in fi. C. de sac. Eccl. Angel. in l. indicia n. 2. vers. similiter C. de rei vind. Socin. Sen. conf. 15. insignis Doct. n. 7. vers. 3. & ult. volum. 4. Lanfr. de Orian. in c. quoniam contra. in vers. restium de positiones, num. 135. de probat. Petr. Ferrar. in pract. Papien. in for. possit actio in verb. item spatio 30. in fi. Corlet. in singul. in verb. possessio incipit ubi quis. Rol. à Valle conf. 9. negari non potest n. 39. vol. 3. Nat. consil. 443. super casu n. 5. vol. 2.

34 Cum igitur ex illa causa & capite possideat, & provideat summus Pontifex, si illa insufficientis reperitur ad acquisitionem hujus juris, non potest se juvare ex alia causa, nec ad aliam utilem extendi, quia attenditur opinio & animus utentis, l. si opus, §. si jussero ff. quod vi aut clam. text. in l. 1. §. Aristo, ff. de aqua quoti. & astiva l. 2. §. Celsus ff. pro emptore l. si. ibi, ideoque si quis pro via publica, vel pro alterius servitute usus sit, nec interdum, nec actio utilis competit, &c. ff. quemad. servi. amit. & ideo dicimus, quod causam possessionis sibi ipsi nemo potest mutare, nisi aliquo extrinsecus accedente, l. 3. §. ff. de acquir. poss. & quæ ibi notant Doctores, tantumque intelligitur praescriptum, quantum posses-

sum, gl. in c. auditis verb. interruptionem, de praescriptis. Innoc. in c. dilect. de off. Archidiacon. Anchar. in c. 1. de jur. patr. in 6. Feder. de Senis. conf. 130. Bald. in l. si quis diurno ff. si servitus vendi. B. in l. §. si quis hoc interdito ff. de tit. altisque privo. Angel. in l. una est via ff. de servitut. rusti. Bald. in repetit. l. de quib. ff. deleg. Abb. in c. cum consuetud. de consuet. & in c. licet ex suscept. in fi. de for. competen. B. in aut. qui rem. in fi. C. de sac. Eccl. Alber. in l. 1. ff. de offic. ejus cui. Flor. in d. l. si quis diurno. Decius in c. translatio n. 2. lect. de consil. Rom. conf. 368. Cardin. in Clem. 1. in 7. q. de renun. Felin. in c. auditis de praescript. Alex. conf. 120. vol. 4. & in consil. 16. vol. 5. Socin. conf. 74. vol. 1. Ill. & Decius in l. 2. ff. de juris. omni. jud. Arguid. dec. 89. Paul. de Castr. in l. cum de consuetud. quam repetit cum l. de quib. ff. de legi. Marian. in c. cum contingat, de for. comper. Felin. in c. cum ex injuncto de heret. Zafius in consil. 19. vol. 2. Bertr. conf. 2. vol. 3. & conf. 56. vol. 3. Paris. 37 conf. 113. vol. 1. Ant. Gab. in comm. opin. concl. 2. de re praescript. in prin. ubi n. 4. & seqq. ampliat etiam quoad accessoria separabilia, ut praescripta visitatione, non censetur praescripta procuratio, plures ad id referens; nec extenditur etiam ad ea, quæ veniunt in antecedens, ut est coercitio ad jurisdictionem, prout etiam nec praescribens institutionem, prout jure devoluto conferre. Card. in Clem. 1. de supplend. neglig. prelator. Zafius consil. 16. vol. 2. ipse Ant. Gabr. ibi num. 8. & in seqq. idem ampliat ad destitutionem & resignationem post alios.

Imò nec respectu juris communis, quo summus Pontifex utitur ex capite suæ amplissimæ potestatis; deficiente presentatione excellæ Majestatis intra tempus sibi à jure concessum post vacationem ex defectu scientia notitiaque, & ex ignorantia vacationis; potuit induci, nec causari praescriptio, quoniam jure communi utens, non praescribit. Gemin. in c. 1. de praescript. in 6. Paul. Castr. in l. si. ff. quemad. serv. amit. Felin. in c. 1. n. 19. de praescrip. Ruin. in c. inter ceteras n. 66. eod. tit. Ruin. conf. 28. n. 17. lib. 2. Bertran. conf. 305. n. 2. lib. 5. dicit communem Rebuff. in rub. de caus. post. num. 24. num. 292. Decia. conf. 54. n. 50. lib. 2. maxime quia providens jure devoluto ex negligentia patroni, illius juri non officit, nisi pro illa vice dumtaxat t. text. in c. 2. §. 41 & nisi, ibi, ita tamen quod eo nullum patronis praedictum impofterum generetur, de supplend. neglig. prelato.

Imò nec eo jure potest Regi praedictum generari, tum quoniam patrono non currit tempus nisi à tempore scientia, & notitia certæ, & non interpretativæ, in quo praesumitur ignorantia, donec in eo scientia probetur; latissimè plurimos recensens tractat Nicol. Garc. de benef. 10. p. c. 2. à n. 34.

Tum etiam, quia speciale est in Regibus Hispaniæ, non currere tempus quadrimestre ad praesentandum beneficia & Episcopatus suæ coronæ, etiam si eorum officiales sciant vacationem, Regi non nocet, & etiam si Rex ipse sciat, ex legitima praescriptione, qua Reges Hispaniæ tuti sunt, eo quod multis occupationibus impediti tam in bello, quam in pace, non possunt intra illud tempus praesentare; in quo ita obtinuisse testatur Caved. tract. de patr. Regia corona c. 18. à n. 5. quem sequitur referens Nic. Garc. de benef. d. 10. p. c. 2. sub n. 34. ad fi. ubi testatur de communi praxiqua cum Rege non curatur de tempore ad praesentandum tam in Episcopatus, quam in aliis praesentationibus, & ideo cum Regi ignorantia vacationem, & etiam scientia non currat terminus, quandocumque poterit contradicere, & reclamare provisionibus ordinarij, quia semper intra terminum reperitur, cujus contradictione nullæ redduntur juxta ea quæ latissimè post infinitos, quorum nomenclaturam recenset Nic. Garc. de benef. 5. p. c. 9. à num. 238. cum pluribus seqq. & eadem p. 5. c. 6. num. 101.

Ergo sequitur, quod cum illa causa, ex qua sum-



mus Pontifex providet hujusmodi beneficia (quæ vera sunt patronatus Regii mediantibus indultis & concessionibus Apostolicis) non sit sufficiens ad cau-  
 46 sandam, & inducendam præscriptionem; non poterit se juvare ex alia. Pro quo etiam facit, quoniam  
 gratiam, confert beneficium fundans se in aliqua causa, & qualitate; gratia est subreptitia, & nulla ipso  
 47 jure, non constituto de veritate ipsius qualitatis & causæ, maximè si est talis, ut ea cessante difficilior redde-  
 retur Pontifex ad concedendum, quoniam etiam gratia concessa motu proprio non debet operari ultra intentionem, & mentem concedentis, c. 2. de rescript. Felin. in c. ad aures n. 9. eodem tit. & in c. causam de testib. Decius in c. ad aures n. 9. n. 31. & 32. eod. tit. & cons. 407. Staphileus de lit. gratie tit. de vi & effectu clausula motu proprio, vers. 7. & ult. n. 3. 4. & 5. Selva de benef. 3. part. q. 12. 2. qualitate n. 3. vers. quartus casus. Rebuff. in concordatis in forma mandati Apostolici. verb. motu proprio, post ultimum effectum, vers. 2. non purgat. Gambar. de offic. legati lib. 3. n. 49. Ant. Gabr. de clausulis concl. 1. n. 18. 19. & 32. & seqq. Menoch. de arbitr. lib. 3. cas. 101. n. 18. Azeved. in l. 2. tit. 14. n. 31. lib. 5. recopil. Joan. Gut. 48 cons. 11. n. 15. & canon. q. lib. 2. c. 15. n. 77. Put. decif. 187. nu. 5. lib. 1. dec. 101. lib. 3. ad fin. quoniam falsa existens narratio qualitatis gratiæ, vel si ipsa motu proprio fiat, vera non extiterit, perpetuo annullat ipsam gratiam, etiam si, ut diximus, motu proprio fiat. Rot. dec. 525. nu. 5. part. 1. divers. Thom. Sanch. in tract. de matrim. 49 lib. 3. disputat. 2. 1. num. 47. ergo provisiones hujusmodi beneficiorum à summo Pontifice factæ facta collatione uti sint libera collationis, vel motu proprio, hac de causa concessæ, cum nullæ sint non debent prodesse, nec in consideratione ad præscriptionem, dixi supra, c. 9. sub num. 12.

50 Et hinc est, ut impetrationes factæ à sua Sanctitate ex uno capite, & una causa; ipsa non existente vera, non sustinentur ex alio capite, & ex alia causa, quæ tunc temporis aderat, Roman. cons. 335. incipit, circa primum, n. 11. cum seqq. Felin. in c. si. n. si. de presumpt. Domin. Gemin. cons. 136. incipit super 1. dub. n. 1. & 3. ac per totum. Rot. dec. 41. de rerum permutat in antiq. alias decif. 92. nec non decif. ante penult. in novis, incipit Tuis vers. sed secus, Lancel. de attentat. 2. p. c. 10. n. 9. Achilles de Grass. decif. 14. de restit. spol. Rot. dec. 419. nu. 2. p. 1. divers. Rot. decif. 12. de concess. prob. in antiquis. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 10. quest. n. 4. quæ allegationes singulæ loquuntur in practicabilibus & elegantibus casibus.

51 Omnis namque dispositio facta sub aliquo præsupposito, ipso non verificato, nec existente vero, corrui penitus dispositio, glos. celebris in l. mancipio, vers. advocandum C. de servis fugitivis. Roman. singul. 495. Rip. in c. 2. n. 39. de rescript. Ruin. cons. 83. 1. 5. vol. 1. Socin. jun. cons. 114. n. 2. vol. 3. alios citat in cons. 150. nu. 78. Petrus Surd. dec. 74. n. 5. ac propterea concessionem, & provisionem factæ à summo Pontifice ex mera collativa causa non habent nocere sacræ Majestati, si revera ei pertinet jus patronatus, tanquam falsa existente causa, nec ad aliam trahi possunt, cum inducta ad unum finem, contrarium non debent operari, l. quod favore, C. de legib. & per consequens induci non potuit in hoc casu præscriptio.

52 Rursus probatur, quod hæc indulta, & privilegiata Apostolica inducunt perpetuitatem, ut probatur expressè in d. l. Bulla Adrian. ibi (ac perpetuo inviolabiliter observari debere, &c.) juxta notata in l. 1. ff. solut. matrim. l. 10. tit. 10. p. 3. latè Joan. Garc. de nobilit. gloss. 1. §. 1. ibi n. 25. & ipse gl. 6. sub n. 38. vers. octavo facit, & iterum in d. Bulla, illorum validitatem, efficaciam & perpetuitatem, &c. iterum illa verba, dictorum successorum vestrorum; ac iterum, (ac dictos successores

vestros) quæ inducunt perpetuitatem, & in infinitum protrahuntur, l. cognoscere ff. de verbor. significat. Burg. de Paz. cons. 23. unde ex hoc capite privilegium perpetuum esse, quoad a sunt descendentes, & successores, quia durat cum personis in ipso contentis Joan. Andr. in mercurialib. n. 3. Alex. in l. & ff. solut. matrim. Eguid. Boss. de principe & privilegiis ejus à nu. 343. & de dictis dictionibus (semper, perpetuo) & similibus, positus in privilegiatis inducant, & illa faciant perpetua, vide elegantissimè plures allegans Joan. Garc. de nobilit. gloss. 1. §. 1. à n. 9. & iterum à n. 19. cum multis seqq. sed sic est, quod quando privilegium, vel aliquis alius actus continet verbum inductivum perpetuitatis, tollitur præscriptio omnino. Claud. de Seifello in l. si. ff. de constitut. princ. n. 113. 118. optimè Angel. in l. quod si nolit, §. si quid ita ff. de adil. edit. Bald. cons. 303. lib. 1. Zasius cons. 15. num. 22. lib. 2. & in terminis privilegii, quod si 57 in eo opponantur verba quæ denotent perpetuitatem, tollitur præscriptio tradit consulendo Ramin. cons. 388. n. 20. lib. 2. Joan. Garc. de nobilit. gl. 1. §. 1. n. 79. post prin. ergo hujus privilegii, & indulti intuitu nulla potuit adversus coronam induci præscriptio.

Et loquendo in Regibus dicit Bald. loco mox citando, quod ad hoc ut cognoscatur dispositio an sit realis, vel personalis (inter alia) forma inspicienda est: nam si tenor scripturæ facit mentionem successorum ex utraque parte, ista dispositio est realis, & in rem scripta, non personalis, sed transit in successores utriusque partem, sive loquatur de successoribus hereditarii, l. juris gentium §. pactorum ff. de pactis, sive de successoribus dignitatis, & administrationis; per notata in c. 1. tit. qui successor. tenean. &c. ult. ne prala. vices suas, hæc dicit Bald. in c. si. ante si. de sent. & re jud. vel potius in consil. 159. super eo quod queretur, col. 1. lib. 3. referens eum sequitur Tiraq. in tract. de jur. princ. q. 35. n. 2. 1. sed hæc indulta, & privilegia Apostolica faciunt mentionem, non solum Regiæ Coronæ qui concedunt, ut ex supra dictis patet: sed etiam de successoribus Sedis Apostolicæ, ibi, per nos aut Romanos Pontifices successores nostros, & sedem prædictam, &c. ergo realia sunt, & perpetua hujusmodi privilegia, non personalia. Et quod quando ex juris, vel hominis dispositione res aliqua perpetuæ esse debent apud vocatos successores; ubi perpetuè aliquid competit, ultra citatos tenent gloss. in l. quod si nolit, §. si quid ita ff. de adilitio edit. ubi Bald. 61 & Angel. idem Angel. & Immol. in l. 1. ff. de usucapio. Socin. cons. 86. n. 11. lib. 1. & alii quos citat Tiraq. l. 1. de retract. §. 1. gl. 2. n. 17. fol. 814. latè Mieres de majoratu, p. 4. q. 21. num. 20.

Desuper pro Catholica majestate, & adversus hujusmodi præscriptiones ex contrario appositæ faciunt fortiter verba d. Bull. Adrian. VI. ibi nec non irritum, & inane, quidquid secus super iis à quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, perpetuè decernimus, &c. nam hæc clausula, & 62 decretum irritans, inter alios efficacissimos ejus effectus, ille potens est: ut tollat præscriptionem, & excludat, docent Felin. in c. cum accessissent, vers. 4. limit. de constitutionib. Rebuff. in concord. tit. de for. & irrevocab. concord. stab. in vers. plus dicit. Probus in vers. bi qui n. 7. vers. istud tamen non obstat de rescript. in 6. Ant. Habr. in comm. opin. tit. de claus. concl. 3. n. 44. tollit etiam 63 consuetudinem, ne dum in præteritum, sed etiam in futurum, Domin. in c. beneficio vers. nota bene, & ibi Anchara. vers. sed propone. ubi Joan. Andr. in verb. legit. vers. si pup. & Philipp. Franc. vers. ex quibus nota de prob. in 6. Præposit. & Alex. in c. in istas, §. leges, vers. noluit tamen. Joan. And. 4. d. Bar. in clem. 1. n. 2. 3. de elect. Prob. in c. tibi qui n. 7. de rescript. in 6. Fel. in c. cum accessissent, vers. quarto limitat. de constitut. Roch. in c. si secundum parvam impressionem, vers. amplia modo istam conclusionem de consuetudine. Rebuff. ubi proxime, verb. plus dicit. Ruin.

Ruin. cons. 13. n. 13. vol. 1. & cons. 102. n. 11. vol. 3. gl. in c. 64 fin. in verb. decernimus, de rebus Ecclesie non aliena. quemmadmodum & isthæc clausula, seu decretum irritans tollit vires sententiæ, ejusque executionem impedit, Casador. dec. 12. n. 5. 6. & 7. de regulis Cancellariæ. Sarner. in regul. de annal. q. 5. Ant. Gabr. communi. concl. tit. de clausulis, concl. 3. n. 51. constat ex nostræ Bullæ clausula, ibi, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & decidendi autoritate, &c.

65 Et ratio hujus effectus clausulæ irritantis; scilicet ut excludat præscriptionem, illa redditur evidens; etenim nulla huic præscriptioni datur causa, à qua possit principium assumere, cum supra dixerimus, præscriptionem sine possessione non procedere, decretum irritans hujus est naturæ, ut non solum inficiat, & annullat titulum beneficii in contrarium collati, verum etiam & possessionem ipsam, ita ut talis possessor non possit juvari ex aliquo remedio possessorio, retinendæ, nec recuperandæ, vel aliàs, nam talis possessio caret omni effectu. Cassiad. super regul. dec. 7. n. 3. Simonet. de reser. q. 40. n. 1. & 2. Sarner. de trienna. q. 49. Rebuff. in prax. beneficiorum tit. de reser. n. 40. Crescenti. dec. 4. de privileg. Lancel. de attent. 3. p. c. 31. n. 92. & Rota dec. 189. n. 4. p. 2. divers. Cassiad. dec. 1. n. 1. & per rotam de restit. spolia. Put. dec. 196. n. 3. lib. 3. Rot. dec. 510. n. 5. l. 3. p. 3. divers. Mandos. post alios in regul. 1. Cancel. q. 3. per totam, tener etiam Ant. Gabr. comm. concl. tit. de clausulis, concl. 3. n. 50. lib. 6. Prob. in c. tibi qui n. 18. de rescript. in 6. Bertran. cons. 142. n. 4. vol. 2. Guillel. Benedi. in c. Raynui. verb. si absque liberis 2. de fidei comm. substit. à n. 38. Nicol. Gar. aliquos ex iis allegans in tract. de benef. 5. p. c. 1. n. 4. 27.

66 Et hoc decretum talis est naturæ, ut inficiat omniaque sequuntur, ita ut nec effectum, nec juris fomentum habeant, c. si eo tempore de elect. one, l. 6. ubi notat Cassiad. dec. 1. n. 7. de restit. spolia. Sarner. in tit. de annal. q. 23. & de Grassis n. 19. Gomez. in regul. de trienn. q. 49. n. 3. Put. dec. 50. n. 2. & de rif. 396. l. 1. Ant. Gabr. ubi supra ex n. 56. Rebuff. ubi proxime, vers. ult. notanda est 67 clausula decreti. Alex. Stiat. in extravagant. ambitiosa, de 68 rebus Ecclesie n. 67. Rot. dec. 24. n. 5. & dec. 149. n. 2. p. 2. 69 divers. habet namque inhibitionem implicitam invenite, Cassiad. dec. 2. n. 6. ac etiam privatam viam, & advocativam potestatis concessit. Ferret. cons. 314. n. 10. lib. 2. operatur insuper hujusmodi decretum nullitatem ab initio. Cassiad. dec. 12. num. 45. & 6. super regul. Cancellariæ. Gomez. in regul. de annal. q. 5. prope fin. Joan. Paul. dec. 14. Achil. de Grass. dec. 385. Rot. decif. 24. n. 5. post prin. p. 2. divers.

70 Hinc est, quod provisus stante decreto irritante non possit se tueri etiam remedio summariissimo possessionis, in quo nullæ exceptiones admittuntur, ut post Cassiad. Puteum, Mandos. & alios firmat Hieron. Gonz. in regul. de men. & altern. glos. fin. n. 29.

71 Et hinc etiam est, ut ex capite decreti irritantis regulæ reservatoriæ mensium factæ provisiones adversus ejus dispositionem, hoc est, in mensibus summi Pontificis, sunt nullæ ipso jure, non solum quoad titulum, verum & quoad possessionem, quæ nihil prodest, nec aliquo remedio possessorio potest juvari, cum omnino juris fomento, & adminiculo careat. Rot. dec. 3. per totam de restit. spolia. in novis, & decif. 2. eodem tit. in antiquis. Bellamer. decif. 353. Lapus allegat. 29. n. 1. & allegatione 51. n. 9. Felin. in c. in nostra n. 12. de rescript. Rebuff. in prax. tit. de reser. tam generali quam speciali. numero 40. plures adducit Menoch. de recuper. poss. rem. 16. quest. 55. num. 443. usque ad numerum 457. Ferret. cons. 3. numero 18. Caputaq. decif. 325. p. 1. numero 2. & decif. 343. num. 5. p. 3. Puteus dec. 197. numero 3. lib. 3. decif. 343. Hieronym. Gonzal. post alios in regul. de mens. glos. 31. n. 7. imò reservatione potentius fortiusque est decretum irritans, glos. verbo provisionem, in c. si co

tempore 45. de elect. lib. 6. Cassiad. decif. 3. de decretis in reservatione.

Et magis in nostris terminis, & proposito facit, quod si Cardinalis habet indultum, seu privilegium providendi beneficia alicujus diocesis, cum clausula irritanti, provisio beneficii facta per ordinarium erit nulla ipso jure, etiam si Cardinalis non provideret de eo, secundum Cassiad. de c. 1. de restit. spol. Felin. in c. cum ex officio de prescript. & est decisum per Rotam apud Guidobonum dec. 56. in manuscriptis, refert Nicol. Garc. de benef. 5. p. 5. n. 3.

Quare per collationes etiam effectuatæ factas contra decretum irritans, positum in privilegio seu indulto, non acquiritur quasi possessio conferenti. Garc. ubi proxime num. 102. Crescent. dec. 4. de privileg. in fin. vide etiam n. 83. & seqq.

Et ideo per collationem etiam nullam non turbatur patronus in possessione præsentandi, ita Garc. ibi n. 10. & 99. Put. dec. 189. lib. 1. Ferret. cons. 210. n. 8. Flores de Men. q. 10. n. 64. cum calderino cons. 15. de jur. patron. Decius cons. 126. & Burgi Bocacio de remediis poss. c. 1. n. 39. ergo evidenter sequitur, ordinarium per neutram horum beneficiorum collationem, etiam de facto effectuatam, habere potuisse actum ullum positivum.

Quod corroboratur etiam ex alio capite præfate clausulæ Bullæ Adriani VI. scilicet ex clausula (sublata) ibi posita, quæ illa est, & sic per quoscunque, tam delegata, quàm ordinaria, & mixta autoritate fungentes iudices, ubique judicare cognosci, & decidi debere sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & decidendi facultate, &c. quæ clausula (sublata) est maximæ potentia, claudens ortu iudicibus, ne aliter decidere possint, & admittit partibus in totum facultatem opponendi contra constitutionem, gratiam vel privilegium, de qua per Cassiad. dec. 10. n. 3. super regul. Carolus Ruin. cons. 76. sub n. 9. vol. 5. & cons. 21. sub n. 15. ante si. Gundizal. Villadieg. in tract. de legat. p. 1. q. 7. n. 32. Put. dec. 50. n. 3. lib. 1. & dec. 377. in fi. lib. 3. Caputaq. dec. 134. n. 4. & dec. 218. p. 5. Rebuff. super concordata Fran. tit. de forma & irrevoc. concordatorum stabilitate. post prin. vers. 8. vult. iudice. Mandos. in tract. de monitor. q. 60. n. 44. super verb. si que super quoscunque iudices, idem Mandos. in cons. 57. n. 3. & cons. 63. n. 1. & an processus, etiam non opponatur de dicta clausula (sublata) sit ipso jure nullus, per doctrinam Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de sent. §. juxta sub n. 5. in glos. verb. & est Alex. plene cum multis in l. 1. §. sublata n. 2. & 3. ff. ad Trebell. Decius cons. 276. incipit in causa que luce agnatur, sub n. 3. vers. sed prædictis minimè obstantibus. Marche 79 sanus de commiss. 1. p. c. 8. de commiss. apertionis oris à n. 14. ultima in possessione, quod si opponatur à parte dubium esse, quod sit ipso jure nullus processus, videndus Gonz. de alter. gl. 66. à n. 13. & seqq. & n. 45. quod con-80 venit materiæ hujus capituli, ut itante d. clausula (sublata) à processu appellationi interpositæ, sit utique deferendum, etiam in iis iudiciis sui natura inappellabilibus, cum ratio appellandi sit in promptu ex his, quæ dicta sunt c. superiori.

Et cum stante d. clausula (sublata) non possit dici, nec opponi, etiam per viam replicationis aliquid contra dispositionem, qua illa continetur, Put. dec. 377. incipit in una Hispanens. sub n. 1. lib. 3. ita non poterit opponi de regulis Cancellariæ, quamvis sint favorabiles, ut bis decisum fuisse in Rota testatur Gonz. ubi proxime n. 9. qui n. 12. dicit, ut etiam in iudicio possessorio summariissimo manutentionis obstat d. clausula, ut per Put. dec. 50. num. 5. lib. 1. testaturque ipse Gonzal. de duabus decisionibus Rotæ, quem latè de mareria & effectu hujus clausulæ (sublata) &c. vide per totam ean-83 dem glossam.

Et utraque clausula, tam hæc (sublata) quàm 84 N n (imitans)